Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Et Molineus tit. 2 in consuetud. parisien. §. 52. glos. 1. in verb. Arrest. generaliter quoq; illud verbum acceperunt. Quapropter etiam Dni generaliter definitionem posuerunt, quod sc. sit impedimentum ne res aut psona loco moueatur. Cuiusmodi definitionē etiā Ducis Aduocatus in ca 1. Mndti Arrestorū in conclusionibus 1. Decemb. Anno 78 exhibitis sequitur, his verbis, Arrestum sui nihil aliud quam inhibitio et retentio personarum seu rerum ne mouentur de loco in locum, quo ad certum quid fiat. Omninò similem definitionem tradunt supra allegatis locis Budaeus et Molineus item Petrus Beckius in suo tract: de iure sistendi cap. 1. 14. 15 et 31. dum inquiunt, Arrestum esse impedimentum, quo fit ne res aut psona loco moueatur, et fit per eum qui habet iurisdictionem in eo loco ubi sita sunt bona in hunc finem, ut negociū de quo lis est rite dirimatur: Nostrum autē factū tale arrestum esse ipsemet Aduocatus Ducis in suis productis sæpe inuenit, ut in Exceptionibus pag. 21. Das Dux Comiti sein Land gutter so lang inhaltens vnnd nicht folgen lassen wöller, bis er das vnd das thut, Ergo non ostendit Dux aliquod in bonis, ut spolium dici possit, Item in Duplicis fol. 23, Das er ein Arrest genommen vorhan mögen, Vnde etiam sæpissimè utitur verbo inhaltens, qd nihil aliud significat, quam arrestare.

Definitio Arresti.

Arrestus negari

Nec est ut quis obijciat discrimen et differentiam ponēdā